

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118669

§. 18. Canonisatio sancti Hyacinthi ex Ordine Fratrum Dominicanorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67252)

Sæcul. XVI. ac Ordinum petitioni annuere cogebatur: igitur ab hoc ementito Archiepiscopo die decima nona Februarii coronatus, postea Stockholmiae comitia celebrabat, in quibus de forma administrationis Regni per Regis absentiam leges constitutæ sunt, indeque Rex in Poloniā rediit.

§. XVIII.

*Canonisatio sancti Hyacinthi ex Or-
dine Fratrum Dominicanorum.*

*Bull. t. 2.
pag. 39.
Const. 17.
Baillet vie
des Saints
16. Aug. t. 2.*

Eodem tempore in Italia summus Pontifex die decima septima Aprilis Beatum Hyacinthum ex antiquissima Polonica Oldrovanskiorum familia ortum consueto ritu Sanctorum Catalogo inferuit. Hic ex Cracoviensi Canonico, vivente adhuc sancto Dominico Fratrum Prædicatorum Institutum amplexus, expleto Novitiatus anno in patriam revocabatur, ubi plura condidit monasteria, simulque per integros quadraginta annos, quos in sacro hoc Ordine transegerat, raræ Sanctitatis exercitiis vacavit, in oratione assiduus, ac semper annuntiando Dei Verbo, peccatoribus reconciliandis, visitandisque infirmis intentus. Obiit Anno Christi millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo die decima quinta Augusti Beatae Virginis in cælos assumptæ sacra, Cle-

mens

mens tamen octavus festum illius diem Sæcul.XVI.
A.C.1594.
decimo sexto Augusti postridie illius
diei, quo decepsit, celebrari jussit, hanc
in rem Constitutione die decimo septimo
Maji edita.

§. XIX.

Variæ ejusdem Pontificis Clementis VIII. Constitutiones.

Die octava Mensis prioris Martii idem *Bull. tom. 3.*
summus Pontifex aliam edidit Con- *Conf. 26.*
stitutionem, qua stabilivit indulta, & *& seq. p. 44.*
immunitates pro Mercatoribus etiam Heb-
ræis, ad portum Civitatis Anconæ status
ecclesiastici merces advehentibus, & aliis
ibi mercaturæ caufsa domicilium consti-
tuentibus; cum enim inter ejusmodi Mer-
catores, & Papæ Ministros, aliquosque
identidem lites orirentur, Pontifex
quosdam nominabat Consules, qui de
ejusmodi controversiis cognoscerent,
aliis vero Judicibus, ac Gubernatori
severe interdicebat, ne quicquam ex
advectis mercibus sibi attribuerent, imo
nequidem emerent. Alia Constitutio-
ne Papa die decima nona Junii utrius-
que sexus Regularibus inhibuit, ne mu-
nera elargiantur, aut recipient, si quid
communi nomine donetur, vel ele-
mosynæ titulo acceptetur. Alia Con-
stitutione die nona Septembbris appro-
batur *Archi-confraternitas B. Marice de Suf-*
fragio